

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici
dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

53 Pensionarius stylo curiae pensiones decursas de fructibus beneficij a
successore petere potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

Ita ut regressus in pristinum jus sit valde favorabilis, c. ab exordio dist. 75. & fel. in ca. cum omnes de constit. post Concilium tamen Tridentinum, scil. 25. cap. 7. de ref. quae ri videntur,

DECISIO XLIX.

Ex consil. 45. alias 11. de iniurias, & damno dato.

Habens facultatem transferendi certam pensionem, coram tamen persona in ecclesiastica dignitate constituta, & eam coram Canonico cathedralis ecclesie sub conditione transferens, scilicet si in illa infirmitate moritur, qua tempore translationis tenetur, ipso moriente, translatione non valeat: Quia uis enim Canonicus cathedralis quo ad casum specialem, scilicet, ut possit esse delegatus Pape, c. statutum, de rescript. in 6. habenti dignitatem ecclesiastica equiparetur; quia tamen Canonicus Ecclesie cathedralis, nec dignitatem habere, nec in dignitate ecclesiastica constitutus esse censeretur; cum canoniciatus sit beneficium simplex tantum; translatione coram illo facta invalida, & nulla censetur debet, ex eo quod translatione pensionis illius facta non fuit coram persona in ecclesiastica dignitate constituta, prout facultas data postulabatur. Non tamen tenetur Canonicus, coram quo facta fuit, damnum resarcire, quod ex nullitate translationis prouenit illi, in cuius fauorem translatione illa facienda fuit; cum in coram quo agenda est translatione pensionis, non tenetur ad sciendum an translatione recte nec ne fiat, neque ad docendum Notarium verba, quae scribere debet; sicut neque testes coram quibus debet fieri ad illa tenentur) sed solum ad exhibendum presentiam suam, & intelligendum id, quod agitur; sed ad partes, quarum interest, videlicet ad beneficiarios pensionibus grauatos, & ad personam, in quam illa transferebantur, pertinet scire an actus ille, & translatione valida necne fuerit.

DECISIO L.

Ex consil. 46. alias 63. de simonia.

Pensionarius facultatem habens transferendi pensionem, eam transferendo cum reservatione exigendi eam quadam vixit, Simoniacus est, & translatione, & reservatio nulla censetur; licet enim pensione beneficij non sit, quia tamen quid spirituale est, vel spirituali annexum sic transferendo simoniam committit; & cum translatione, & reservatio diuersa sint, solaque potestas eam transferendi pensionario concessa est, non autem reservandi, reservatio nulla erit, ex quo ad actus valorem voluntas, & potestas omnino necessaria sunt, c. cum super. de off. dele. excommunicatione nvero contra simoniacos iure latam. Extra. 2. de simo. per huiusmodi simoniam non incurrit, quia illa solos simoniacos in ordine, & beneficio comprehendit.

DECISIO LI.

Ex consil. 47. alias 4. de verbis signif.

Parochus, constituta pensione alteri super fructibus suis parochialis ea lege, ut quinquaginta sibi libera remaneant, ordinaria onera subire debet, extraordianaria vero accessoria pensionarius, unde consequenter onus habendi clericum adjutorem, & candelas necessarias ad Missarum parochialium celebrationem, & cereorum, qui sunt necessariaj ad portandum sacramentum infirmis, parochus subire tenetur; impensam vero olei necessariaj ad sustentandam lampadem coram Sanctissimo Sacramento ardente, & cereorum, qui de more ecclesie distribui debent aliquibus personis, & ramorum, palmarum, oliuarum, & aliarum arborum, quae certis festis necessario debent distribui pensionarius subire debet, eo quod hec non videntur accessoria necessaria officio parochi, illa vero sic & quod pro his, nihil de consuetudine parochio communiter, sicut pro illis rependitur.

DECISIO LII.

Ex consil. 48. alias 1. de Eccles. edif.

Pensionarius clericus habens pensionem impositam super aliquo beneficio ecclesiastico, & fructibus eius im-

pensis faciendas in refectione ecclesie pro rata sumptuum beneficij soluere tenetur, nisi pensio imposta sic fuerit, ut ab omni profus onere libera solueretur, q. in cle. 1. de decim. Gigas tractat de pensio. q. 8.

DECISIO LIII.

Ex consil. 49. alias 1. de solutione.

Pensionarius, cui constituta est certa pensio super fructibus, & distributionibus cantoriz, vacante cantori, per annum, & fructibus eius, qui in solis distributionibus consistunt, pensionem prestat anni, ne que a Capitulo, ne que a singularibus de illo, sed ab eo, qui succedit in dicta Cantoria exigere potest; esto quod, nec distributiones, nec fructus illius anni perceperit: Cum enim intentio Papa, quae seruata est, c. super literis, de rescript. & c. fi. de presb. sit pensionario huiusmodi prouidere de pensione pro viatu honesto illius vel parte soluenda de fructibus & distributionibus illius cantoriz, & constat Capitulum nihil de distributionibus illis accepisse, sed illas totas peruenisse ad singulares de Capitulo, & aliud sit capitulum, aliud singuli de Capitulo. c. Eam te, de rescript. nihil de Capitulo petere potest. Sed neque a singularibus Capituli illam petere valet cum nihil predicatorum distributionum ad eos ratione praedicta Cantoria prouenerit, sed tantum ratione suarum distributionum, & canonicatum, ratione quorum diuinis officijs intererant: & proinde a solo successore cantoriz illius pensio petenda est, cum stylus Curiae habeat ut pensionarius decursas pensiones, & non solitas annorum praeteritorum a nouo possessore beneficij petere possit, licet successor talis nihil unquam recipiet, aut recuperabit a predecessoribus suis, aut ab heredibus eorum. Franc. in c. prefatis; §. fin. de off. ord. in 6. & Gigas tractat de pensio. q. 39. adeo ut successor in dicta Cantoria ex eis pensionem soluere tenetur, quia recipier, & possidebit cantorianam praedictam pensionem, Apostolica auctoritate onerata. Non tamen cogi potest successor ad soluendam pensionem statim ac succedit, donec lucretur, vel per eum stetit, quo minus tantum lucretur de fructibus, & distributionibus cantoriz; sicut nec successor in beneficio soluere tenetur pensionem, nisi de fructibus beneficij illius, cui pensio imposta est.

DECISIO LIV.

Ex consil. 50. alias 13. de prescript.

Habens beneficium valoris ut communitet creditur tercentum scutorum, & renuncians illud in favore alterius cum reservatione pensionis ducentorum scutorum, cum clausula, modo remanentem centum resignatio, qui locat illud 275. aut c. citer; non obstante talloctione, ab eodem resignatio 200. petere potest, ex quo verus valor fructuum beneficij non falso per instrumentum locationis fructuum probatur. Cassad. dec. 20. super Reg. 9. cancel. Gomez. q. 11. super reg. canc. de expr. val. & fructus beneficiorum locantur, seu arrendantur aliquando pluris, aliquando minoris quam vere valeant, ratione cognationis, amicitiae, vel certioris solutionis, vel anticipacionis pretij, vel necessitatis, fertilitatis aut sterilitatis anni, quae resignans respicere non tenetur dummodo tempore renunciationis bona fide credebatur 300. valuisse, & modica pars excessus, vel defectus non debet illi nocere. Cassad. & Gom. vbi supra, maximē si pro uno solum, aut altero anno resignatio illud dicto pretio locauerit, bene tandem faciet resignans, si ex varietate & successu temporis videat minus valere quam tempore renunciationis valuebit, remittat resignatio tantam partem sua pensionis, quanta decesserit ad hoc, ut deberet putari ista acceptio residiu centum scutorum.

DECISIO LV.

Ex consil. 22. alias 32.

Cum constitutio pensionis adiecta clausula, habita, vel non habita possessione iusta esse possit iuste etiam pensionarius pensionem a beneficiario, qui se obligat ad soluendam pensionem etiam non adepta possessione accipere potest; non obstante, quod beneficiarius, nec possessio ne be-